



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia**

**Sulpicius <Severus>**

**Amstelodami, 1665**

Ioram Rex Iudæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11490**

cœlesti igne absumpti. Rex, ut propheta prædixerat, obiit.

LXXIX. Successit autem *Joram* ei frater ejus: isque  
duodecim annis imperio potitus est. At in parte duarum  
tribuum, *Josaphat* rege defuncto, <sup>3</sup> *Joram* filius regnum te-  
nuit, <sup>4</sup> annos duodeviginti. Is Achab filiam uxrem habuit, <sup>3</sup>  
socero, quam patri, propior. <sup>5</sup> Post hunc, *Ochozias* filius, <sup>4</sup>  
imperium adeptus est. <sup>6</sup> Hoc regnante, *Helias* <sup>7</sup> transla-  
<sup>8</sup>

*I Obiii.] Sine prole, sive, ut cum  
Tertulliano loquar, improlis aut illib-  
eris. Itaque in regnum ei successit Ioram  
frater ejus, anno secundo Ioram filii  
Iosaphat regis Iudæ. Drus. Regnavit  
bienio. 111 Reg. 22, 52.*

<sup>2</sup> Duodecim annis imperio potitus est.]  
iv Reg. 111. 1. Καὶ ὁ ἀρχὴρ τῶν Ἀρχαῖν  
ἴδαιοις ζεῦ τὸν ἑταῖρον τὸν ἐπίτιθεν  
καὶ δεκάτα τὸν ἀστοφαῖται βασιλέας τὸν  
δικαίον, νομοθετόντας δικαίων ἔτη. Druſ.  
Regnavit à fine xvii. anni Iosaphati  
usque ad Ochozias Regis Inda vitæ  
finem. Nam una cum illo occisus est à Ie-  
hu. iv Reg. cap. 9. ¶ 24. 27.

*3 Ioram.] Hujus tempore Idumæi jugum excusserunt, & à dominatu Iudæorum, per 15 cce. annos, liberi manserunt, usque ad Hyrcanum, qui eos rursum subegit. Deinde Herodes, Antipatri Idumæi filius, regnum adeptus fuit & tenuit, Idumæique obsidioni & expugnationi Hierosolyma interfuerunt.*

4 Annis duodeviginti.] Id est, octo-decim, cum octo tantum regnaverit, 11 Paralip. 21. 5. triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare ceperisset, & octo annis regnavit in Ierusalem. Si fides habenda Davidi Camio, Ioram iste una cum patre regnavit annis septem. Siquidem Ioram, rex decem tribuum, cœpit regnare anno secundo hujus Iorami, IV Reg. 1. 17. qui erat decimus octavus Iosaphati, IV Reg. 3. vsl. 1. Iosaphat autem regnavit annis xxv. Aditus ad commentarium ejus in hunc locum. *Drusi.*

5 Post hunc Ochozias.] Qui Achazias Hieronymo. Sic etiam Hebrei hoc nomen legunt & scribunt. *Idem.*

*Hoc regnante Heliā.] De tempore quo translatus fuit Elias, nihil mihi le-  
tum, præter quod Iudæus Salmanti-  
censis obseruaverit in libro Iohasin, cu-  
jus verba non pigrabor Latina facere:  
*Ascensio Eliæ fuit anno mundi 3047. anno  
decimo octavo regni Iosaphat, quando re-  
gnabat Ioram filius Achab. Videtur autem  
quod Eliseus tunc accepit patrum tradicio-  
nes ab Elia. Ceterum ex libris præterito-  
rum appareret, quod venerit epistola ab Elia  
ad Ioram filium Iosaphat circa annum  
3062. mundi conditi, translato jam ante  
Elia. Iosaphat pater ejus. & Ioram filius  
Achab, venerunt ad Eliseum Prophetam.  
Sed in Seder Olam relatum, allatam fuisse  
illam epistolam in principio regni filii Iosa-  
phat, septem videlicet annis postquam ra-  
pius est. Et aliquanto post: Videtur ex  
textu quo Eliseus mortuus sit anno trigesi-  
mo septimo regni Ios regis Iuda, qui est  
annus mundi 98. secundum eram mino-  
rem. Quod si est, vixit Eliseus annum u-  
num supra quinquaginta post ascensionem  
Eliæ. Et iterum: Ex Seder Olam disci-  
mus, anno decimo Ios regis Israël, qui  
suit septimus post obitum Ios regis Iuda,  
vita finali Eliseum. Quod si verum,  
vixit Eliseus 61. annis post raptum Eliæ.  
Et rursus: Autor Seder Olam ait, Eliam  
revelandum quum venerit Messias, qui mox  
iterum abscondetur, & postea revelabitur, ubi  
venerint Gog & Magog. Haec tenus Salman-  
ticensis. De ipso Elia variant quoque sen-  
tentie doctorum. Alii sacerdotem fuis-**